

VI. LOCUS.

De fine Mundi.

Haecen de fine singulorum, quid verò de fine universi
nūmne mundus hic æternū durabit: an suum etiam
finem habiturus est?

SICVT hic Mundus initium habuit (quod in
loco Creationis demonstratum est:) ita quoq;
habiturus est finem.

Psal. 102. 26. Initio terram fundasti: & opera
manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu au-
tem permanes: & omnes sicut vestimentum vete-
rascen. Et sicut indumentum mutabis eos, & ren-
tabuntur: Tu autem idem ipse es, & anni tui non
deficient.

Esa. 51. 6. Cœli sicut fumus dissolventur, & ter-
ra sicut vestimentum putrescit.

Luc. 21. 33. Cœlum & terra transibunt: Verba
autem mea non transibunt. *1. Ioh. 2. 17.* Mundus
transit & concupiscentia ejus.

Quando futurus est mundi finis?

Diem aut horam mundi interitus nemo defi-
nire potest: Sed in propinquo esse, certis Scripturæ
testimoniis & signis, quæ præcessura sunt, haud ob-
scure patet.

Marc. 13. 31. Cœlum & terra transibunt, verba
autem mea non transibunt. De die autem illa vel
horanemo scit, neq; Angeli in cœlo, neq; filius, ni-
si pater.

1. Ioh. 2. 18. Filioli novissima hora est.

Cc 4 2. Per.